

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pauli Manutii Epistolarum Libri XII

Manuzio, Paolo

Lipsiæ, Apud Johann. Herebord. Klosium, Anno 1707.

VD18 11417161

Eidem, Neapolim. Epist. XXIII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:ha33-1-198567

ltri tua, muneribus declarata suavissimis, perju-
cunda nobis est. Vale. Romæ, XIV. Kal. Febr.
M.D.LXX.

EIDEM, NEAPOLIM.

EPIST. XXIII.

*Primò significat, literas Furnarii sibi fuisse gratas, quòd
inde possit cognoscere, cum variis negotiis occupatus scri-
bat. 2. Scripta sua ab ipso probari & laudari gaudet,
eoque nomine ipsi gratias agit. 3. Langvere si scribit in
cupidine earum rerum, quas antea mirabatur, cum mer-
iti sit vicinus. 4. Gratias agit de munusculo annuò.*

*Form. Grata mihi fuerunt litera tua. Ibi: Quæ
solet. (A)*

*Form. Gratias agendi. Ibi: Tibi verò gratias age-
rem: si te putarem. (B)*

*Form. Rogo ut sæpè scribas. Ibi: Nec scribere ta-
men desinas. (C)*

Quæ solet (A) ex carissimis, jucundissimisqve re-
bus percipi voluptas, eam ipsam ex epistola
tua cepisse me, prorsus velim tibi persuadeas. Hoc
adeo inde perspicies, quòd, in magna valetudinis
adversæ molestiâ, defatigato etiam curis animò,
committendum tamen non putavi, ut amicitia no-
stræ, & humanitati erga me tuæ debitum rescriben-
di officium non perolverem. Probari à te mea
scripta, atqve etiam laudibus ornari, sive tu id judi-
cio tribuas, sive amoris largiaris, æqvè gaudeo. Nam
si è studiis meis fructum aliquem exspecto: quis
uberior aut præstantior laudatione doctissimi viri?
Sin literis ita utor, ut præter ea ipsas nihil cogitem;
quod

quod his temporibus facere propè necesse: amari tamen à te, quem qui non amat, hominem vix puto, in primis, optabile est. Ac de isto quidem tam illustri aut opinionis, aut voluntatis testimonio mihi vehementer, ut debeo, gratulor: tibi verò gratias agerem, si te putarem (B) hoc officio genere delectari: quod certè tua bonitas respuit; aut si ego is essem, qui officio devinctus aliquo, libentius in agendis, quàm in referendis gratiis operam collocarem. De tuo statu, si est, ut volumus, & si nihil anno superiore accidit incommodè; bene est: de meo, quem vicissim tibi pro mutuo inter nos animo curæ esse non ignoro, satis multa me scripsisse existimabo, si hoc unum scripsero, langvere me quotidie magis in earum rerum cupiditate, quas mirabar antea. Ætas hoc fortasse fastidium parit: verum tamen ratione potius assequi mihi videor, ut ita sentiam. Quid enim appetam, cum nec sciam, quid utile futurum sit, nec jam usura possit esse diuturna? Appropinquat enim dies, qui nos ex immensa errorum caligine creptos, in æterna veritatis luce constituet. Quæ me quidem cogitatio nec secundis rebus lætari, nec nimis angiparitur adversis. Munusculum, quod ad me singulis annis cum pulcherrima epistola mittere non desinis, pensio quædam amoris est: quæ ego te, amore ipso contentus, ea conditione libero, ne scribere tamen desinas. (C) Æquiore enim animo omnibus muneribus, quàm suavitæ tuarum epistolarum carere possum. Vale. Romæ, 18. Kal. Febr. M. Dc. LXX.

EIDEM.

quan
qua i
dem a
firma

NO
Nj
patri
qvib
beris
Nam
quan
obru
Rom
te vic
genu
hoc a
tura
lunta
vix
tudo
tatio
am, a
putar
tè. N
diger
sustir